unam Hieronymi vel Augustini vel cuiusquam alterius Doctoris Eccle-
sententiam, quandam eius opiniones circa formas sacramentorum, contra com=
munem et similia, Ecclesia si non damnat certe non sequitur; sed dubitari
[non] licet, quin sit optima modestia et sapientia quae sanctitati est ac
bonis conversationis [illegible] celebratae Aug.mi magni sui fautoris exem-
plum, memoriaeque operam seu doctrinae seu sanctitati nihil obfuisse aliter
de immaculata vero conceptione quam sententiam ex parte definivit ecclesia
[illegible] merita sanctitatis Ord. Christus, quod in maiorem cedat gloriam
sanctissimaeque matris suae, Ecclesiae item bonum, cum ea tamen fidelium
concordiam unionemque, et omni penitus seditione confirmet.

UNIVERSITARIA

Prebendados de Sev.ª A los Cardenales.

·H· Ill.^me ac R.^me D.^ne · 17

Montenegro 83

A 18 — [...]TARIA DE GRANADA



Pergratum Regi Catholico Hispaniæ uniuersisque omnibus fuit grauem illam de immaculata Deiparæ conceptione toties, sed duobus abhinc præsertim annis agitatam controuersiam S.^mi D. N. iussu ad Ill.^mar DD. VV. disquisitionem delatam; de quorum doctrina, pietate, integritate, cuncti æquè optime sentiunt. Si sententiam pro parte affirmante definiendo, ut Christianitatis consensus, et uerissima ratio sperare nos facit, proferendam arbitrati fueritis: placeat etiam uobis summo rerum fidei Definitori suggerere, quantum illi ex hoc honore Sanctorum sanctissimæ canonicè decreto calamitosissimis istis temporibus adiumenti prouenturum polliceri sibi absque dubio ullo possit. Ut enim omittantur Narsetes Heraclij, totque alij præsens in grauissimis communibus periculis experti auxilium benignissimæ Mariæ, ut nihil etiam dicatur de Rege Catholico Ferdinando, qui Granatam recuperauit mox ut uotum edidit de Templo in honorem immaculatæ Conceptionis excitando: Præterea ut sileantur in ordines Religiosos tum uero Prædicatorum ab eadem collata beneficia, potissimum aduersus proprias persecutiones, et contra hæreses, quas cunctas sola interemisse canitur in uniuerso mundo; satis constat Urbanum II. pro felici expeditione Terræ sanctæ peculiare officium B. Mariæ instituisse, et diem Sabbathi eidem consecrasse; Visitationis festum ad schisma tollendum ab Urbano VI. celebrandum propositum esse; Innocentium IV. Natiuitatis festo octauas adiecisse, quod Cardinales in longiore sedis uacantis perturbatione ritè uouerant se curaturos auctoritate Pontificia ter in die dato signo, salutari Mariam, et orari, ut Ecclesiam tueri aduersus Turcas inprimis dignetur. Doctissimi, ac pijssimi Cardinales Turrecremata et Caietanus editis hac de re scriptis definitionem a Concilijs Basiliensi et Lateranensi enixius flagitauerunt, uelut unicum dissidentibus acriter animis remedium: Defuit Basiliensi, in quo pronunciatum iudicium est pro Conceptione immaculata legitimum caput, cuius tamen Concilij (quod non propterea, ut quidam commenti sunt contra omnem historiæ rationem, ordinemque temporum dissolutum est, quia illam de B. V. purissima sanctitate tulerat sententiam) quantum ad hoc definitionem ab Ecclesia nullo uacillante receptam testatur propinquus dicti Concilij tempori auctor Joannes maior: et octo post idem Concilium annis Synodus Auenionensis præsentibus Cardinalibus legatis duobus Pont. approbauit. Quod uero aut Lateranensis, aut etiam Tridentina Synodus nondum censuerit definiendum, ut neque Pontifices qui ipsis præfuerunt, ac postea consecuti sunt, id quia cætera decreta non profuerunt, et noua extitit admodum urgens causa, nunc demum definiri posse ac debere solis maturè perpensis à uobis argumentis, quæ tam sæpè tractata, examinataque sunt, alio Conc.º nullo conuocato minimè dubitandum uidetur, quemadmodum non raro res alias in alijs Concilijs aut Pontificibus non definitas posteriora Concilia uel Pontifices nouis obortis causis definire non dubitauerunt. Lutheri quidem articulos Leo X.^s Pius V. et Gregorius XIII. Michaelis Baij, Clemens VIIJ. opinionem de absolutione per literas, ut paulo uetustiora prætereantur exempla, damnauerunt: et Greg.^s XIII. solemnitatem uotorum Juris positiui tantum esse, matrimoniumque inualidum esse decreuit religiosi Apostatæ uotis duntaxat simplicibus a Sede Apostolica approbatis astricti. Sanè ex huius quæstionis determinatione magna salus, pax, et tranquillitas, et integritas Religionis expectatur in Populo Christiano, ut omni qua poterat

deuotione flexis genibus definitionem a Basiliensi Synodo exorans Turrecremata
tur. Intelligebat vir solertissimus magis non modo tutum, sed etiam honorificum Libro
suo Dominicano futurum fuisse, rem tantam definitione, quam solo praecepto terminare
dubitabat si liberam definiuit Xpi Matrem Ecclesia omni actuali leuissimo peccato per
ab originali praeseruatam declarare; et cum possit ad eiusdem dignitatem maxime
ut authentico id fiat summi Pontificis iudicio. Vestrum est DD. Ill.mi periculis err
occurrere, ne quod aliqui non uerentur asserere existimentur hi, qui festum Conce
celebrant, uel non intelligere de Sanctitate in primo instanti, quod aduersatur Sixt
Concilij Tridentini, Pij V.i Pauli V.i decretis, communique sententiae, uel si intell
contra Scripturas, et Patres facere, quod nihil aliud est, quam temeritatis, et errois
propemodum Ecclesiam arguere, uel non posse Pontificem id definire, erraturum
definiat, quo nihil magis temerarium dici potest: uel nec Deum quidem ipsum potu
sui matrem ordinario modo conceptam praeseruare ab originali peccato, qua ratio
braret Ecclesia non modo quod nescit sed etiam quod est impossibile. Contrariae fa
opinionis Ill.mi Dni) familiam integram non ducunt: sed ex ipsomet ordine
catorum communem et passim receptam sequuntur cum Patriarcha ipsorum in
de Corpore Christi et cum S. Thoma aliquot locis B. Aloysius Bertrandus, S. Vin
Ferrerius, Jacobus de Voragine, Vincentius Bellouacensis, Joannes Bromiardus,
Vignerius, Robertus Holkot, Hericus, Guglielmus Pepinus, Petrus Dore, Joanne
Lerus, Alphonsus Viron, Montalphonsus, Ludouicus Granata, Justinianus, Anto
tharinus, Mantius, Pegna, plures alij, et quotquot laurea doctorali in Academia
tiensi, Valentina, Hispalensi, Ossunensi, et alijs Hispaniae et similibus decorantur
in manuali Praedicatorum ante annos 90. edito cauetur ne imposterum opinio de
ta Conceptione palam doceatur, tanquam inutilis, et ualde scandalosa, nec sensu
Sis consentanea. Quocirca definitio immaculatae conceptionis non potest non esse
Ecclesiae gratissima, aliter nunc sentientibus grata, communi paci maxime opportun
met Doctoris Angelici menti congrua, qui pluris Ecclesiae ritum facere nos uult, q
Hieronymum, Augustinum, et quemlibet alium Doctorem; infra Deum uero nulla
ciorem creaturam fingi posse affirmat, et natiuitatem Virginis sanctam fatetur, qui
bratur ab Ecclesia, et indignum iudicat de Dei matre suspicari leuissimum illud a
commissum peccatum. Oro, et oro DD. Ill.mi fidei censores sapientissimi et integerrimi
modo Regem nostrum adeo bene de Ecc.a meritum eidem, ac uobis ipsis magis magisque ha
uinciatis; imo et cum amplissima dictione ipsius omnes per orbem uniuersum fideles
ut omnis posteritas hoc Vos tanto dignatos honore agnoscat, et praedicet, quod tam singularis
go sacrata a Vobis laudata sit, ac per Vos ueluti uiuat, colaturque omnis penitus expers pecc
digni demum habeamini, qui hanc peculiarem causam, quia sic Dominam nostram pu
elucidaueritis, seu potius nullis unquam tenebris obnoxiam iudicaueritis, uita aeterna
quamini.